

DISPUTATIO XIII.

De Peccato mortali & Veniali?

Celeberrima divisio peccati est, quâ dividitur in mortale & veniale. Mortale dicitur à morte spirituali, quam infert animæ Rom. 6. v. 23. Stipendia enim peccati mors. Veniale, ed quod veniam facile consequatur & radicem veniae ac remissionis non tollat sicut peccatum mortale de quo S. Aug. hom 41. in Joan. Crimen est peccatum grave, accusatione & damnatione dignissimum. Et superius de veniali: quemlibet valde iustum discussias in hac viâ, quamvis jam sit dignus justi vocabulo, non est tamen sine peccato. Prov. 24. v. 16. Septies cadet justus & resurget. Jac. cap. 3. v. 2. In multis offendimus omnes.

Q U A E S T I O I.

An peccatum mortale & veniale distinguuntur
specie, & unde distinctio diagnoscatur?

Suppono: dari aliqua peccata venialia, ut patet tum ex dictis, tum ex definitione Con. Trid. sess. 6. de justif. cap. 11. Licet enim in hac mortali viâ quantumvis sancti & justi in levia saltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque eadant non propterea desinunt esse justi. Cujus ulterior ratio est: quemadmodum in Societate civili committuntur aliquæ offenditæ graves, aliquæ leves, ita etiam in amicitia hominis cum Deo quædam sunt peccata gravia, quædam levia, & quidem peccata quædam sunt levia ex naturâ suâ, & non solum propter extrinsecam non imputationem: ut colligitur ex propositione 20. Baji condemnata: nullum est peccatum ex naturâ suâ veniale, sed omne peccatum meretur pœnam aeternam.

DICO

DE PECCATO
DICO I. Divi-
sio generis in
veniam generis,

Probatur: peccatum analogicè convenitum mortale & non constitutiva pœnitentia constitutiva pœnitentia nomine communis, quod aequaliter peccatum in omnibus, quia gratiam & misericordiam delituit; per Deum simpliciter, tantum non circâ Deum est inordinatio, non destruit sed purior fervide ferit amaritudinem.

2. Peccatum mortale, cuius observatio remandat gratiam in peccatum veniam, cuius observatio remanet sed solum velocius salutem.

3. Peccatum mortale accepti, scilicet non enim legis est, contra aliquid preceptum: videlicet illius extensivum inordinatio pe-

DICO 1. *Divisio peccati in veniale & mortale non est divisio generis in species, qua aequaliter participans rationem generis, sed analogi, S. Th. hic Q. 88. a. I. ad I.*

Probatur: peccatum veniale & mortale solummodo Analogicè convenient in ratione peccati, nam licet peccatum mortale & veniale essentialiter differant, quia ratio constitutiva peccati mortalis est perfectè diversa à ratione constitutivâ peccati venialis, non tamen significatur nomine peccati una ratio utrique perfectè communis, quod ad univocationem requiritur, ut patet utriusque peccati essentiam exponendo.

1. Peccatum mortale avertit à fine ultimo simpliciter: quia gratiam & conjunctionem cum Deo per charitatem destruit; peccatum autem veniale non avertit à Deo simpliciter, sed solum secundum quid, in quantum non circa Deum ipsum sed circa referibilia in Deum est inordinatio: quia conjunctionem cum Deo non destruit sed tantum minuit faciendo, ut homo minus servidè feratur in Deum, ut ultimum finem per charitatem.

2. Peccatum mortale est transgressio legis vel præcepti, cuius observatio est simpliciter necessaria ad conservandam gratiam & obtinendam salutem æternam; peccatum veniale est transgressio legis vel præcepti, cuius observatio non est simpliciter necessaria ad salutem sed solum secundum quid ad obtinendam melius vel citius salutem.

3. Peccatum mortale fit contra præceptum & finem præcepti, scil. contra charitatem, quam tollit: finis etenim legis est dilectio; peccatum veniale licet sit contra aliquod præceptum, non tamen est contra finem præcepti: videlicet charitatem, quam non tollit, sed illius extensivum servorem imminuit.

4. Inordinatio peccati mortalis est ab intinseco irrepa-

reparabilis: quia non relinquit radicem & principium
vitæ spiritualis videlicet gratiam; peccatum autem veniale
est ab intrinseco reparabile: quia relinquit gratiam
& charitatem, quæ est principium veniae & vitæ spi-
ritualis.

5. Demum peccatum mortale inducit reatum pœ-
næ æternæ, peccatum verò veniale reatum pœnæ tem-
poralis. Cum igitur peccatum veniale non æqualiter
cum mortali participet rationem peccati: cum pec-
catum mortale sit peccatum simpliciter, & peccatum
veniale peccatum secundum quid, sequitur quod di-
visio peccati in peccatum mortale & peccatum veniale
sit divisio analogi in sua analogata.

DICO 2. Cum voluntas fertur in aliquid, quod
secundum se repugnat charitati, per quam homo ordi-
natur in ultimum finem, illud peccatum ex suo objecto
habet, quod sit mortale.... quandoque verò voluntas
peccantis fertur in id, quod in se continet quandam
inordinacionem, non tamen contrariatur dilectioni
Dei & proximi.... Et talia sunt peccata venialia ex
suo genere S. Th. hic Q, 88. a. 2 O.

Explicatur: dico scitur distinctio peccati mortalis
& venialis ex regulis partim intrinsecis ex ipsa naturâ
utriusque peccati desumptis, partim extrinsecis: regu-
lae intrinsecæ distinguendi peccatum mortale à veniali
sunt:

1. Peccata, quæ opponuntur Deo vel divino cul-
tui & honori, sunt peccata mortalia: ut: quæ ad-
versantur virtutibus Theologis, virtuti religionis, pœ-
nitentiarum &c.

2. Peccata, quæ sunt contra proximum, ac ad-
versantur virtuti justitiae vel charitatis, proximumque
lædunt in bonis corporis vel animæ, si materia sit gra-
vis, sunt peccata mortalia.

3. Peccata, quæ tantum sunt contra nos ipsos per
im-

De PECCATO
moderationem p
imum in bonis
peccata venialia
cipiantur pec
tum in solâ im
na opponuntu
i. in bonis ani
membrit, san
in in ordine ad
m habet homo
ut 1. dicetur.
Regula extrinsec
ologo aut script
al præceptum in
a. Lex humana
materia gravis,
ligandi graviter.
b. Quando non
in diquod obliget
ad traditionem
timoratorum

Q U

An Peccatum

S. Th. 1. Aliq
intrinsecè, &
i. quod in se hab
mitem, aut perfe
cuntur: ut
operum Chri
quidem in se habet
m, respicit tamme
objecum vel termi
nus est infinita n
1. 2. Theol. Si

immoderationem passionum, si non inferant notabile
damnum in bonis animæ vel corporis sunt communi-
ter peccata venialia. Dixi 1. Tantum contrà nos ip'os:
ut excipientur peccata, quæ quidem apparenter con-
sistunt in solâ immoderatione concupiscentiæ, reverâ
tamen opponuntur bono speciei v.g. incontinentia.
Dixi 2. in bonis animæ vel corporis ut: in rationis usu,
vitâ, membris, sanitate corporis &c. quorum tantum
usum in ordine ad fines honestos, non verò domi-
nium habet homo, sicut est dominus bonorum fortu-
næ ut 2.2. dicetur.

Regulæ extrinsecæ sunt: 1. Quandocunque a' iquid in
decalogo aut scripturâ est præceptum aut prohibitum,
illud præceptum in materiâ gravi obligat sub mortali.

2. Lex humana non obligat sub mortali, nisi adsit
& materia gravis, & constet de intentione legislatoris
obligandi graviter.

3. Quando non scitur, vel dubitatur: an præcep-
tum aliquod obliget sub mortali vel veniali, attenden-
dum est ad traditionem Ecclesiæ, praxin fidelium, ju-
dicium timoratorum.

Q U Ä S T I O II.

*An Peccatum mortale in ratione offensæ sit
infinitum?*

Suppono 1. Aliiquid dupliciter dicitur infinitum:
intrinsecè, & extrinsecè: intrinsecè infinitum
est, quod in se habet infinitam intensionem, magni-
tudinem, aut perfectionem, quæ nullo termino cir-
cumscribitur: ut perfectiones & attributa divina,
valor operum Christi. Extrinsecè infinitum est, quod
quidem in se habet intensionem vel perfectionem fini-
tam, respicit tamen extrinsecè aliiquid infinitum velut
objectum vel terminum; sic visio beatifica in aliquo
beato est infinita non intrinsecè, sed extrinsecè; in-

i. 2. *Theol. Schol.*

T

triasse

trinsecè quidem est finita: quia perfectionem finitam habet, cum in uno beato detur perfectior vel imperfectior visio, quam in altero; est infinita extrinsecè: quia respicit Deum, qui est objectum infinitum. Addunt aliqui infinitum secundum quid; quod ita explicant: hoc in suo ordine quidem actu terminum habet: quia potest dari majus & minus in isto ordine, illa tamen, quæ sunt inferioris ordinis, infinitè excedit: quia quodlibet inferioris ordinis, quamvis infinita darentur, non accedit ad perfectionem illius, quod est ordinis superioris. Exemplum est: actus charitatis supernaturalis in se finitus est, cum habeat intensionem finitam, & possit esse perfectior & perfectior, excedit tamen actus naturales modo infinito secundum quid: quia nullus actus naturalis, licet crescant in perfectione naturali in infinitum, potest accedere ad perfectionem actus supernaturalis.

Suppono 2. In peccato inveniuntur tria mala: imprimis: peccatum est malum in se: cum aduersetur rectæ rationi & regulis morum; deinde est malum homini vel peccatori, quem denudat gratiâ omnibusque virtutibus concomitantibus, redditque obnoxium pœnæ æternæ, tam damni, quam sensùs; demum est malum Deo non effectivè, cum creatura, Deo nullum malum inferre possit, sed effectivè; dum peccator ex amore creaturæ Deum ejusque amicitiam contemnit, & suum finem ultimum in bono vel commodo proprio constituit, quæ est gravissima Deo injuria.

Suppono 3. Malitia peccati secundum se sumpta non est infinita: quia malitia peccati est disformitas ad regulas morum, sicut autem rectitudo moralis & conformitas ad leges non est infinita, ita neque irrectitudo vel disformitas. Adde: objectum non diffundit malitiam in actum nisi prout representatur ab intelle-

Qu:

De PECCATO
Aut ab illo auten
malitiam solumme
sift, & ideo unu
minus difforme re
tatio autem non d

Suppono 4. Pec
cetiam est finitur
en gratia & virtu
ta, sicut gratia &
in penam damni
quamvis enim sit
modo infinito pos
sion non est pensanc
tia immediate, &
item bono infini
modo finito obtine
tiam, in alterâ
modis, quæ ex pe
ccato & dolor a
meli, & unus p
mptem pœnam p
a peccati mortalis
mod durationem
et coordinationem
utrum alium finis,
potiojia vitæ supe
ratus de se est irre
viva corporalis, i
destitut principiurr
in coordinationi auter
quandiu enim mi
pœna est peccatur
per durat poena.
talis secundum q

etu: ab illo autem repræsentatur modo finito. Ergo malitiam solummodo finitam in actum refundere potest; & ideo unum peccatum mortale est magis vel minus disforme rectæ rationi & reguijs morum, in infinito autem non datur majus & minus.

Suppono 4. Peccatum inquantum est malum hominis etiam est finitum: peccatum enim infert privationem gratiæ & virtutum insularum: hæc autem est finita, sicut gratia & virtutes sunt finitæ. Deinde infert pœnam damni, quæ in ratione pœnæ est finita, quamvis enim sit privatio boni infiniti, non tamen modo infinito possidendi: quantitas autem privationis non est pensanda ex solâ quantitate objecti, quo mediatè privat, sed ex quantitate possessionis, quâ privat immediate. Ita licet peccatum privet peccatorem bono infinito, illo tamen privat, quatenus modo finito obtinetur, & possidetur in hâc vitâ per gratiam, in alterâ vitâ per gloriam; demum pœna sensus, quæ ex peccato sequitur, est finita: quia est afflictio & dolor ab igne inflictus, qui similiter finitus est, & unus peccator pro gravitate peccatorum majorem pœnam patitur, quam alter, attamen pœna peccati mortalis secundum quid est infinita, vid. quoad durationem: quia peccatum mortale habet in se inordinationem irreparabilem, cum tollat rationem ultimi finis, gratiam & charitatem, quæ sunt principia vitæ supernaturalis; sicut igitur mors corporalis de se est irreparabilis, quia destruit principium vitæ corporalis, ita etiam peccatum mortale, quia destruit principium vitæ supernaturalis, vid. gratiam; inordinationi autem irreparabili debetur pœna æterna: quia in diu enim manet causa, manet effectus: causa pœnæ est peccatum semper manens; ergo etiam semper durat pœna. Alia ratio: quare pœna peccati mortalis secundum quid sit infinita: esse potest: quia

nulla pœna naturalis, quamvis crescens in infinitum, potest adæquare gravitatem culpæ quam continet malitia minimi peccati mortalis: cum enim peccatum mortale sit ordinis superioris: quia est offensa Dei & injuria contra Deum, hinc quodlibet peccatum mortale justè puniri potest quantâvis pœnâ naturali sine fine duraturâ, cum in intensione æqualis esse non possit. His præmissis.

DICO. *In peccato duo sunt, quorum unum est aversio ab incommutabili bono, quod est infinitum: unde ex hac parte peccatum est infinitum.* S. Th. hic Q. 87. a. 4. O.

Explicatur Conclusio: peccator transgrediendo legem divinam avertit se à Deo, & convertit se ad creaturam: hæc conversio est finita: quia convertit se ad bonum finitum finito modo; aversio autem est infinita, non intrinsecè: quia potest esse major vel minor aversio, sed extrinsecè: quia à bono infinito se avertit. Conclusio ita explicata.

Probatur 1. Offensa in ratione offensæ infinita intrinsecè & simpliciter debet vel formaliter vel eminenter continere omnem injuriam & offensam, ita, ut non possit dari major offensa: cum infinitum constituantur per carentiam termini extrinseci; atqui quâlibet offensâ Dei potest dari major: potest enim cum majori vel minori advertentiâ & cognitione Dei committi; item Deus magis offenditur per plura peccata, quam per unum; magis per odium Dei, quam per furtum &c. Ergo nullius peccati offensa est simpliciter infinita.

Probatur 2. Quod in se ipso per intrinsecam denominationem non est infinitum, nequit dici simpliciter infinitum; ideoque quanvis sint plura, quæ extrinsecè terminantur ad formam infinitam, sunt tamen simpliciter finita, & solum objectivè, terminativè,

De Pecc
at, & secu
nil habet
infinita: quia
& in recto, i
ab ultimo fin
abile fundam
finita,

Probatur 3
a. 9. ad 15. L
ratus ex parte
te atlas, quo q
vel remissior;
naturali injur
non injuria, q
riandi; sic in
idem sit honor
juxta diversum
esse major alte
liter Dei injur
esse major alte

Probatur 4
nitudinem à
herisive priva
forma opposit
sed etiam ex qu
liter privatim
morbus, qui
sed unus alter
privatio causa
vat Deum rat
minus juxta c
adeoque maj
affectu in pec
tensione pec

Obi. 1. S

infinitum, & secundum quid infinita ; atqui offensa Dei nihil habet in se , unde denominetur intrinsecè infinita : quia omnia , quæ offensa dicit formaliter & in recto , sunt finita : est enim formaliter aversio ab ultimo fine , laetitia juris divini , dans Deo rationabile fundamentum indignationis , quæ omnia sunt finita.

Probatur 3. Juxta doctrinam S. Th. Q. 2. de malo a. 9. ad 15. *Quantitas contemptus non solum mensuratur ex parte ejus , qui offenditur ; sed etiam ex parte actus , quo quis contemnitur , qui potest esse intensior vel remissior ;* Ergo quamvis eadem persona contemnatur vel injurietur , potest tamen esse major vel minor injuria , quo major est affectus vel modus injuriandi ; sic in civilibus , quamvis sit eadem persona , idem sit honor vel jus , quod lœditur , nihilominus juxta diversum modum injuriandi una injuria potest esse major alterâ . Ergo licet offensa peccati sit formaliter Dei injuria & lœsio juris divini , una lœsio potest esse major alterâ & consequenter nulla est infinita.

Probatur 4. Privatio in facto esse sumit suam magnitudinem à forma , quâ privat : privatio autem in fieri sive privatio causalis non tantum mensuratur ex forma oppositâ , ad cuius formalem privationem tendit , sed etiam ex quantitate causæ , sic mors , quæ est formaliter privatio vitæ , est eadem in omnibus , attamen morbus , qui est privatio causalis , non est æqualis , sed unus altero major ; atqui injuria peccati est solum privatio causalis juris divini , quatenus in affectu privat Deum ratione ultimi finis ; ergo recipit magis & minus juxta quantitatem causæ vel affectum peccantis , adeoque majorem Deo injuriam infert , qui majore affectu in peccati objectum fertur , & qui minore intentione peccat . minus Deum offendit.

Obj. 1. S. Th. pluribus locis videtur sentire quod

malitia peccati sit infinita ut Q. 28. de verit. a. 2. O. Cum Deus in infinitum creaturam excedat, erit peccantis mortaliter offensa infinita ex parte dignitatis ejus, cui per peccatum quodammodo injuria sit. Et in 3. ad Annibaldum dist. 20. Q. un. a. 1. ita discurrit: pro injuriâ infinitâ requiritur infinita emenda, peccatum est infinita injuria, tanto enim major est injuria, quanto major est ille, in quem peccatur. Ergo requiritur infinita emenda pro eo.

R. De mente Dris Ang. satis constare, dum in 3. p. Q. 1. art. 2. ad 2. dicit: *Peccatum contra Deum commissum quandam infinitatem habet ex infinitate divina maiestatis*, quod est: aliqualem & secundum quid. Idem in loc. cit. dicit offensam peccantis mortaliter esse infinitam, non absolute, sed ex parte dignitatis ejus cui per peccatum sit injuria, ex aliâ quidem parte videtur non est offensa infinita. Ad discursum ex secundo loc. adductum respondeatur: tanto gravior est injuria, quanto major est ille, in quem peccatur; si fiat comparatio juxta proportionem Geometricam, aut quantitatem vel extrinsecam vel intrinsecam Con. si fiat comparatio juxta proportionem Arithmetiam sive quantitatem solum intrinsecam nego. Ergo injuria est infinita extrinsecè & secundum quid Con. intrinsecè & simpliciter N. crescit quidem malitia offensæ ex dignitate personæ, quæ offenditur. Non tamen crescit eadem proportione, quâ personæ offensæ dignitas, nisi hæc cognoscatur cognitione perfectâ & adæquatâ, sed incremento proportionaliter decrescente, ita, ut ex dignitate infinitâ personæ offensæ sequatur malitia ordinis superioris malitiæ offensarum contra creaturas, vel peccatorum venialium, etiam in infinitum crescentem, indivisibiliter excedens, & eminenter continens, non tamen malitia simpliciter infinita, quæ omnes malitiæ possibles in infinitum crescentes divisus.

DE PEC
divisibiliter
continetur.

Ob. 2 P
pliçiter infinit
vario formæ
iure suo, qu
tras actiones

R. Disting
infinitæ forma
privatio causal
infinitæ est si
privat Deum j
ius divinum ir
privat Deum
peccator enim
aventens, qua
rationem ultim

Obj. 3. In
galiter & co
est jus, quo
est moraliter i
est jus ipsum L

R. Disting
moraliter in i
injuriæ intrin
subtrahi illud
taliter Deo in
fitioni, quod
jura effet infi
bera dispositi
etius homini
hominis conf
mensurari arit

Ob. 4. S
offendetur

DE PECCATO MORTALI & VENIALI. 295
divisibiliter excedat, & per æquivalentiam formalem
contineat.

Ob. 2. Privatio formæ simpliciter infinitæ est sim-
pliciter infinita; atqui offensa peccati mortalis est pri-
vatio formæ simpliciter infinitæ: quia privat Deum
jure suo, quod habet velut ultimus finis in omnes no-
stras actiones.

R. Distinguendo maj. privatio formæ simpliciter
infinitæ formalis & in re est simpliciter infinita Con.
privatio causalis & in affectu solum formæ simpliciter
infinitæ est simpliciter infinita N. peccatum mortale
privat Deum jure suo formaliter & in effectu N. cum
jus divinum in quâcunque creaturâ diminui non possit;
privat Deum causaliter & in affectu jure suo Con.
peccator enim se convertens ad creaturam & à Deo
avertens, quantum est in se in affectu, tollit à Deo
rationem ultimi finis.

Obj. 3. Inuria passivè sumpta est in injuriato mo-
raliter & consequenter tantæ æstimationis, quantæ
est jus, quod per ipsam lœditur; ergo injuria peccati
est moraliter in Deo, ac tantæ æstimationis, quantæ
est jus ipsum Dei, adeoque simpliciter infinita.

R. Distinguendo ant. injuria passivè sumpta est
moraliter in injuriato injuriæ intrinsecæ capace Con.
injuriæ intrinsecæ incapace N. si reverâ posset Deo
subtrahi illud, ad quod jus haberet, esset injuria mo-
raliter Deo intrinseca, quia non subesset ipsius dispo-
sitioni, quod exigeret infinitum ipsius jus, & itâ in-
juria esset infinita, sicut in homine tantum ipsius li-
beræ dispositioni per injuriam subtrahitur, quantum
est jus hominis. Unde patet injuriam purè in affectu
hominis consistentem & Deo extrinsecam non com-
mensurari arithmeticè divino juri.

Obi. 4. Si Deus per peccatum physicè & realiter
offenderetur, tum propter physicam & realem abla-

tione in juris divini peccatum in ratione injuriæ esset simpliciter physicè infinitum; ergo ex eodem capite, quod per offensam peccati affectivè & moraliter lœdatur jus divinum, peccatum in ratione injuriæ & offensæ erit moraliter infinitum.

R^g. Negando consequentiam: quia ad formam physicè ablatam resultat opposita privatio ex parte subjecti, in quo forma desinit, ideoque si à Deo tolleatur realiter ratio juris divini sive ultimi finis, adesset privatio formæ infinitæ. Per affectivam autem ablationem finis ultimi nihil à parte rei in Deo decedit, ideoque reipsâ nec moraliter nec physicè Deus aliquo privatur, sed injuria se tenet solum ex parte offendentis; & sicut ipsa intentatio injuriæ est ex parte offendentis, ita etiam intentata privatio est ex parte injuriantis intrinsecè, ex parte autem Dei injuriati extrinsecè & terminative.

Obj. 5. Deus per peccatum mortale offensus communicat offensæ gravitatem superioris ordinis quam nulla satisfactio cujuscunque puræ creaturæ adæquare potest, ideo enim ad redemptionem generis humani necessaria fuit incarnatione; quia pro peccato nulla pura creatura satisfacere poterat; ergo etiam Deus communicat offensæ gravitatem simpliciter infinitam; Concl. probatur: ideo Deus offensus communicat offensæ gravitatem ordinis superioris: quia ipsius majestas & dignitas est ordinis superioris; ergo etiam communicat infinitam gravitatem: quia Deus non solum est ordinis superioris, sed etiam persona simpliciter infinita.

R^g. Negando consequentiam: non ideo solum Deus offensus communicat offensæ gravitatem ordinis superioris, quia ipse est in ordine superiori, sed etiam quia ad hoc sufficit terminatio extrinseca. Ut autem tribuat offensæ rationem malitiæ simpliciter & intrin-

seccè

DE PEC
secè infinitar
quod implicat
nis superioris
infinitum ad
naturæ divinæ
simpliciter; c

An plura

Pecatum v
perfectioni
genere suo ver
clusa malitia
in peccatum tr
ditione actus es
attamen ob def
hic & nunc ef
materie est, c
hic & nunc
existit.

DICO 1.
esse veniale pre
88. a. 6. O.
Explicatur 8
re suo est, q
gravem; acq
perfectæ adver
tire peccatum
perfecta advert
tis a principio
tentia in pecc
DICO 2.
intelligi, ut i
tale, & hoc o

seccè infinitam, deberet esse offensa Deo intrinseca, quod implicat. Sic gratia sanctificans est qualitas ordinis superioris, quam nulla qualitas naturalis usque in infinitum adæquare potest: quia est communicatio naturæ divinæ, ut divina est, non tamen est infinita simpliciter: quia respicit Deum extrinsecè.

QUÆSTIO III.

An plura peccata venialia faciant mortale?

Pecatum veniale est triplex: ex genere suo, ex imperfectione actus, & ex parvitate materiæ. Ex genere suo veniale est, quod quantum est ex objecto, seclusâ malitiâ alterius speciei, non potest excrescere in peccatum mortale; peccatum veniale ex imperfectione actus est, quod, licet ex genere suo sit mortale, attamen ob defectum perfectæ advertentiæ vel libertatis hic & nunc est veniale; demum veniale ex parvitate materiæ est, quod quidem ex genere suo est mortale, hic & nunc tamen ob levitatem materiæ veniale existit.

DICO 1. Potest id, quod est ex genere mortale, esse veniale propter imperfectionem actus S. Th. hic Q. 88. a. 6. O.

Explicatur & probatur: peccatum mortale ex genere suo est, quod ex proprio objecto habet malitiam gravem; atqui illud propter defectum libertatis & perfectæ advertentiæ potest esse peccatum veniale; & tale peccatum veniale ex imperfectione actus accedente perfectâ advertentiâ fit mortale: quippe actus voluntatis à principio venialiter malus accedente plenâ advertentiâ fit peccatum mortale.

DICO 2. Peccatum veniale fieri mortale... Potest intelligi, ut id, quod est veniale ex genere, fiat mortale, & hoc quidem possibile est, in quantum consti-

tuitur in eo finis, vel in quantum refertur ad mortale peccatum S. Th. hic Q. 88. a. 4. O.

Probatur : illud peccatum, quod est ratione sui objecti veniale, fit mortale, si illud ita appetatur, ut in eo statuat peccans ultimum finem præferendo illud Deo & propter illud Deum relinquendo, quod in utroque casu fit, sive enim objectum illud appetatur, ut ultimus finis, sive eligatur ut medium ad finem mortaliter malum (quo casu participat eandem malitiam cum fine) peccans illud æstimat pluris, quam Deum, & sic mortaliter peccat ; pro cuius pleniore notitiâ sciendum : quod peccatum ex genere suo fiat peccatum mortale in sequentibus casibus :

1. Propter conscientiam erroneam : si vid. agatur illud, quod ex errore vincibili vel invincibili conscientia dictat esse mortale, quod de se est solum veniale.

2. Ob finem malum : si peccatum veniale referatur ad finem mortaliter malum : ut : mendacium ad fornicationem,

3. Ob effectum malum seu grave damnum proximi aut proprium peccantis vel formaliter vel interpretative prævisum, ut si quis prævideret, vel posset & deberet prævidere, ex mendacio oritura gravissima odia vel inimicitias.

4. Ob periculum peccati mortalis, si advertatur adesse proximum periculum labendi in mortale ; juxta illud Eccl. 3. v. 27. *Qui amat periculum, in illo peribit.*

5. Ob contemptum : quia quæcunque transgressio legis vel præcepti etiam in materiâ levissimâ ex formali contemptu legis vel præcipientis semper est peccatum mortale, & quidem speciale formalis inobedientiaz.

6. Demum ob ultimum finem in veniali peccato constitutum : quando vid. affectus peccantis erga objectum peccati venialis adeò est exorbitans, ut quis

prop.

DE PECC.
propter illud
graviter oblig.

DICO 3.

perficiunt habere t

mortale...

perficiunt uniu

Th. hic Q. 88.

Probatur p

modo disparata a

teria vel aliquo

sicut ratione

peccatum mort

propriam rati

multiplicantur

nunquam tame

perioris ; sicut

dentia , nung

uqi peccata

peccati veniali

nunquam per

quod est in di

propositum p

singulis diebus

officio canonie

sum non pot

intenti ; sed o

venialia. Ergo

cati venialis c

qui haberet pr

niiale occurren

ter : quia expo

lis ; cum veni

tale. Vel pecc

moralement co

vel effectus al

DE PECCATO VENIALI & MORTALI. 299
mortale
propter illud sit paratus transgredi præceptum etiam
graviter obligans.

DICO 3. Non omnia peccata venialia de mundo
possunt habere tantum de reatu, quantum unum pecca-
tum mortale... Si intelligatur, quod muta peccata venia-
lia faciunt unum mortale dispositivè, sic verum est S.
Th. hic Q. 88. a. 4. O.

Probatur prima pars: peccata venialia vel sunt om-
nino disparata absque omni morali connexione in ma-
teria vel aliquo effectu, & tunc quantumlibet multi-
plicata ratione solius multiplicationis nunquam sunt
peccatum mortale: quia sola multiplicatio non variat
propriam rationem peccati; quantumcunque enim
multiplicantur individua unius generis vel ordinis,
nunquam tamen pertingunt ad individuum ordinis su-
perioris; sicut quantumcunque multiplicantur acci-
denta, nunquam pertingunt ad lineam substantiæ;
atqui peccata venialia pertinent ad genus & ordinem
peccati venialis; ergo quantumcunque multiplicantur,
nunquam pertingunt ad gravitatem peccati mortalium,
quod est in diverso ordine & genere; ideo qui habet
propositum plura peccata venialia committendi: ut
singulis diebus omittendi aliquam partem levem ex
officio canonico, non peccat mortaliter: quia propo-
situm non potest esse majoris malitiæ quam sint actus
intenti; sed omnes actus intenti sunt tantum peccata
venialia. Ergo propositum non excedit malitiam rec-
cati venialis quantum est de se; quod addo: quia,
qui haberet propositum committendi quodcunque ve-
niale occurrens, posset per accidens peccare mortali-
ter: quia exponeret se proximo periculo peccati morta-
lis: cum venialia sint dispositiones ad peccatum mor-
tale. Vel peccata venialia multiplicata habent inter se
moralem connexionem ratione materiæ accrescentis,
vel effectus alicujus causati sub unâ directâ vel indirectâ
inten-

intentione; & tunc etiam talia peccata venialia multiplicata secundum se non sunt mortale; at per accidens ratione materiæ accrescentis sunt peccatum mortale; ratio est: quia quamvis sola multiplicatio venialium per se non possit variare rationem peccati venialis, at tamen per accidens ex circumstantiâ specialis connexionis in materiâ vel effectu causato peccatum, quod alioquin veniale esset, hic & nunc in individuo fit mortale. Ita quando per plura minuta furtâ pervenitur ad notabilem materiam, ex quâ grave damnum proximo inferatur, non ideo peccatur mortaliter: quia ex omnibus præcedentibus furtis tanquam partibus integrantibus resultat peccatum mortale, sed quia advertens ad gravitatem damni hucusque illati in ultimo furto, aggravando damnum præcedentium furtorum, notabiliter lædit proximum, & peccat mortaliter. Licer enim ultimum furtum seorsim sumptum sit furtum rei levis, attamen prout connotat materias præcedentium furtorum, cum quibus materiaulti furti grave damnum constituit, habet rationem notabilis injuriæ sufficientis ad peccatum mortale. Ita pariter omissiones singulæ in unicâ horâ canonica de se leves, in quantum simul sumptæ constituunt notabilis partis unius orationis canonicae omissionem, & non præcisè per solam multiplicationem numericam constituunt peccatum grave.

Probatur secunda pars, quia omne peccatum veniale est velut languor & infirmitas animæ, quâ fervor charitatis minuitur non quidem intensivus, sed extensivus, inquantum peccans venialiter affectum suum diffundit ad ea, quæ ad finem charitatis non ordinantur, & quia quò magis circà ea operatur, eò efficitur operatio delectabilior, intantum potest affectus peccandi crescere, ut etiam velit materiam similem mortaliter malam, quo modo, os quod mentitur, occidie animam, scilicet per assuefactionem ad mendacia etiam

mens.

DE PECCATU
mentiendo cum g
bonorem Deigr
Q. 88. a. 3. C
eratus peccator
de peccandi cre
constituat in
us habitum, in
cudum habitum
ciella, eò magi
scatum mortale
d. 19. qui spera

Q U
Qualia peccata

MOrus sensua
circà objec
tus arduitatem
universitatem
proponentia per pi
li ordinatum si
tate latem interp
summativus pec
cata morosa dele
Rou 1. Morosa
cognoscere illicita p
lentaria.
Moral 1. Volun
tu morosa à morâ
inhibet, sed
voluntatem adverte
tum reprimere n
habet reprimere, &
in uno instanti co
Dicitur 2. De r

DE PECCATO MORTALI & VENIALI. 301
mentiendo cum gravi damno proximi , vel in materia honorem Dei graviter laidente ; vel ut loquitur S. Th. hic Q. 88. a. 3. O. *Augmentata dispositione vel habitu per actus peccatorum venialium , instantum potest libido peccandi crescere , quod ille , qui peccat , finem suum constitutus in peccato veniali. Nam unicuique habenti habitum , in quantum hujusmodi , finis est operatio secundum habitum , ideo , quo magis multiplicantur venialia , eò magis fit dispositio ad mortem animæ per peccatum mortale facile incurrendam : juxta illud Eccl. 19. qui spernit modica , paulatim decidet.*

Q U Æ S T I O . IV.

Qualia peccata sunt motus sensualitatis circa obiecta illicita?

Motus sensualitatis est actus appetitus sensitivi circà objectum vel absolutè delectabile , vel habens arduitatem conjunctam ; appetitus enim per bonum sensibile proprio modo immutatur , sicut quælibet potentia per proprium objectum ; si objectum illud inordinatum sit , potest appetitus sensitivus accedente saltem interpretativo voluntatis consensu esse consummativus peccati & hoc peccatum plerumque vocatur morosa delectatio de quâ ,

Nota 1. Morosa delectatio est voluntaria delectatio de aliqua re illicita per cogitationem velut præsente re-presentata.

Dicitur 1. *Voluntaria delectatio :* quia non appellatur morosa à morâ temporis , quo voluntas delectationi inhæret , sed à morâ rationis & voluntatis , quâ post plenam advertentiam voluntas delectationem prohibita reprimere negligit , cum tamen posset & deberet reprimere , & ita peccatum morosæ delectationis in uno instanti contingit.

Dicitur 2. *De re illicita :* In quâcunque materiâ in-

injustitiae, luxuriæ &c. Quibus particulis excluduntur delectationes de cogitatione, modo aut circumstantia rei illicitæ, quæ absolutè possunt esse objectum honestum. Benè tamen attendendum, quoniam sit objectum delectationis; de cogitatione delectamur, quando motivum delectandi non est res cogitata, quia ipsa res in se delectabilis & appetenti conveniens est, sed ipsam voluntas abhorret & detestatur, sed motivum delectandi est ipsa honestas vel bonitas cognitionis, quâ cognoscenti conveniens est ipsa cognitionis fœditatis, quam habemus de tali objecto; ita homines justi, Angeli habent complacentiam de exactâ cognitione gravissimorum peccatorum: de re cogitatâ delectamur, quando motivum delectandi est delectabilitas ipsius rei cogitatae, ipsaque cogitatio est solum conditio sine quâ non. Eodem modo delectari possumus de circumstantia actionis illicitæ & non de ipso opere; sic videt quis casum hominis ebrii, sed neque gaudet de casu, neque de ebrietate, sed tantum de modo, quo de latere in latus corruit. &c.

Dicitur 3. *De re velut præsente representatâ*: si enim sit de re quatenus futurâ vel exequendâ, non est solum consensus in delectationem, sed etiam in ipsum opus, quod est longè majus & distinctum peccatum à morosâ delectatione, & solet appellari delectatio operosa, ita qui habet simplicem complacentiam de fornicatione sibi in mente delectabiliter repræsentatâ, absque voluntate tamen faciendi opus, peccat peccato morosæ delectationis; si ulterius progrediatur ad desiderium peccandi & ad consensum in opus oblatâ occasione exequendum, gravius peccat peccato operosæ delectationis.

Nota 2. Delectatio de objecto illico alia est spiritualis alia carnalis vel sensualis; delectatio morosa spiritualis est inordinata complacentia voluntatis in ob-

De PEC
objecto illici
mutatione se
la carnalis vel
petitus lensiti
lo cum imit
hac est vel
proportione
ur de visu pu
loris, gustu
commotione
et naturâ suâ
DICO. D
sic et operat
rum in quo q
uis in eo, q
attus inferior
brorum possu
quod deficie
eos secundum
O & ad 1.

Explicati
Positio 1
delectatio de
& delectabili
rei non malæ
vel aliquis n
ergo neque c
accidens fieri
saltum venia
nationis in b
indebiti, v
eriam rem co
proper obj
vitiatae lubi
re in delect

DE PECCATO MORTALI & VENIALI. 303
objecto illico velut præsente repræsentato absque immutatione sensuum gustus, tactus. Delectatio morosa carnalis vel sensualis est inordinata complacentia appetitus sensitivi in bono sensibili ut præsente apprehenso cum immutatione sensuum Gustus, Tactus; & hæc est vel pure sensualis & organica sistens in purâ proportione organi cum objecto, ut si quis delectatur de visu pulchræ picturæ, lepidæ comedie, odore floris, gustu dulcis cibi. Vel est venerea adferens commotionem spirituum generationi subservientium ex naturâ suâ tendentem ad actum generationis.

DICO. *Delectatio qualibet potest comparari ad duo, scilicet operationem, quam consequitur, & ad objectum in quo quis delectatur... nullus enim delectatur nisi in eo, quod est conforme appetitui ejus... & actus inferiorum virium & etiam exteriorum membrorum possunt esse peccata mortalia, secundum quod deficit ordinatio superioris rationis regulantis eos secundum rationes aternas, S. Th. hic Q. 74. a. 8.*
O & ad 1.

Explicatur conclusio sequentibus positionibus:

Positio prima: per se loquendo nullum est peccatum delectatio de cogitatione, vel aliquo modo artificiose & delectabili rei illicitæ. Ratio est: quia delectatio rei non malæ non est mala; atqui cogitatio rei malæ, vel aliquis modus mirabilis talis rei non est malus; ergo neque de his voluntariè delectari. Attamen per accidens fieri potest, ut ejusmodi delectatio sit mala saltē venialiter, vel ex intermissione debitæ ordinationis in bonum finem, vel ex adjunctione finis indebiti, vel ob periculum consensūs in ipsam etiam rem cogitatam. Ita in cogitatione rei venereæ propter objecti delectabilis vehementiam & naturæ viciatæ lubricam propensionem periculosum est sistere in delectatione solius cogitationis, vel alterius circum-

cumstantiæ rei venereæ: cum semper subsit periculum, ne rapiatur appetitus in delectationem rei cogitatæ.

Dices: non licet desiderare vel efficaciter velle aliquem modum artificiosum, qui est inseparabilis ab a&tu malo; ergo etiam non licet delectari de tali cogitatione vel modo artificioso.

R. Negando conseq. Quia simplex complacentia sequitur conditionem objecti, ut est in apprehensione: apprehensio autem præscindit modum artificiosum ab ipsâ malitiâ operis, & est per accidens, quod tale artificium in materiâ illicitâ reperiatur. Desideriū autem & efficax voluntas fertur in rem, sicuti est à parte rei.

Positio 2da: Consensus in delectationem de re mala cogitatâ semper est malus, & peccatum vel mortale vel veniale pro qualitate objecti. Ratio est: quia omnis deliberata voluntas rei malæ est mala, sed consensus in delectationem rei malæ est deliberata voluntas rei malæ, cum delectatio & operatio reducantur ad idem genus; ita ad justitiam æquè pertinet delectari de operibus justis, ac operari justè, & ipsæ delectationes sunt propter operationes; igitur si opus sit malum mortaliter, etiam delectari deliberatè de tali opere erit peccatum mortale.

Dices: si morosa delectatio esset peccatum, foret præcepto: *non concupisces*: prohibita, atqui illo præcepto solum prohibetur concupiscentia, quæ est voluntas efficax, delectatio verò morosa est solum simplex complacentia & voluntas inefficax.

R. Negando mi. Quia præcepto: *non concupisces*: prohibetur etiam simplex complacentia de opere illico: nam qui de tali objecto voluntariè delectatur, concupiscit illud, non quidem ad efficiendum, quæ est voluntas efficax; sed solum ad sese oblectandum per amorem simplicis complacentiæ, adeoque habet concupiscentiam

tiam

De Peccati
diam operis h
cutive & in el
Positio 3ti
te illicitâ secu
quia lege posi
to est: quia
malis delectat
intellectum al
iqui substanti
am; ergo ne
peccat ad min
camibus delec
tantes illâ die c

Positio 4ta.
aliquid opus i
de illo conditi
operis, Ratio e
mala; sed qua
luntas operis i
gatus dicendo
mortua: com
Dixi: sub con
ditio adiecta r
afferat; ut c
nulla circumfi
desiderium v
ita quoque il
rendi calicem
afferat quide
futri. Præter
conditio auffe
habet pro
prætentati si
quin simul
nullo præc

I. 2. 2

DE PECCATO MORTALI & VENIALI. 305
tiam operis habendi affectivè & in esse voliti, non executive & in esse rei.

Positio 3ta. Non est peccatum mortale delectari de re illicitâ secundum se & absolute, si talis res sit illicita, quia lege positivâ vel voluntario voto est prohibita; ratio est: quia in ejusmodi objectis tantum extrinsecè malis delectatio fertur in substantiam operis, quæ per intellectum ab extrinsecâ prohibitione præscinditur; atqui substantia operis sic præcisa nullam habet malitiam; ergo neque delectatio habet malitiam; ita non peccat ad minus graviter, qui die veneris cogitans de carnis delectatur de esu carnium absque proposito carnes illâ die comedendi.

Positio 4ta. Non est peccatum mortale desiderare aliquod opus hic & nunc prohibitum, vel delectari de illo conditionatè sub conditione afferente malitiam operis. Ratio est: quia non nisi voluntas operis mali est mala; sed quando conditio afferat malitiam, non est voluntas operis mali. Ita per se loquendo non peccat conjugatus dicendo: ducerem aliam uxorem, si mea esset mortua; comedederem carnes, si non esset dies venetus &c. Dixi: sub conditione afferente malitiam, nam si conditio adjecta malitiam vel nullo modo vel non ex toto afferat: ut contingit in actibus intrinsecè malis, qui nullâ circumstantiâ vel conditione cohonestari possunt, desiderium vel delectatio conditionata est peccatum ita quoque ille peccat, qui habet desiderium austenendi calicem, si non esset res sacra: cum conditio afferat quidem malitiam sacrilegii non tamen malitiam furti. Præterea in objectis & actibus intrinsecè malis conditio afferens malitiam est impossibilis, ideoque habetur pro non adjecta; nec in ullo statu potest representari istorum objectorum vel actuum materia, quin simul representetur malitia, consequenter in nullo præcisionis statu potest voluntas vel appetitus

sensitivus in materiam tendere, quin simul indirecte tendat in malitiam. Sic non excusat^rur à peccato, qui serio vellet blasphemare, aut fornicari, si esset licitum; aliud foret, si aliquis hoc modo loquendi vellet indicare internam naturæ propensionem, quam tam recordatione divinæ legis cupit reprimere, nec habet complacenciam de malo opere; qui vellet occidere inimicum, si judex esset, mortaliter peccat, si velleitas illa oriatur ex affectu odii. In materia venereæ practicè semper est malum, intellectu inhærente obiecto venereo, & per voluntatem illud approbare sub conditione, si quis in tali statu esset, in quo actus venereus sibi liceret. Ratio est: quia est peccatum mortale ponere aliquid, ex quo ex natura rei sequuntur motus venerei; sive dare causam proximam intra genus luxuriæ ad motus dishonestos; atqui complacentia voluntatis de actu vel obiecto venereo etiam sub conditione est causa talium motuum. Ergo.

Positio 5ta. Consentire in delectationem venereum extra statum matrimonialem semper est peccatum mortale, sub quacunque conditione id fiat. Ratio est: quia consentire in delectationem, quæ in se gravem disformitatem & repugnantiam habet cum recta ratione est grave peccatum; sed delectatio venereæ extra statum matrimonialem gravem repugnantiam habet cum regulis rectæ rationis, & est pro varietate objectorum, circa quæ versatur mens venereæ sese oblectantis; aut inchoata mollities, & ita peccatum contra naturam; aut fornicatio. Nec hic datur levitas materiæ: quia, quantumcunque sit parva delectatio, ex natura sua tendit in majorem & majorem, ac ita voluntariè consentientem exponit proximo periculo consentiendi in majorem delectationem. Quod hodie certum est post damnatam propositionem 40. ab Alex. VII. *Est probabilius opinio, qua dicit, esse tantum veniale*

DE PECCATO
niale osculum
sensibilem, quæ
sui alterioris
Positio 6ta
peccato sensitivo
sitratione ad voluntariæ
obisque omni affectu
placentia est peccatum
habet displace-
tatur intellectu
equivalenter co-
cendam suspecti
sentire. Et cer-
tum contraria-
allicit voluntati
mortaliter semp-
tentandi.
Positio 7ma
cate, qui pos-
sum sine ratio-
bito conatu in-
vertendo, rati-
delectationem
interpretatus
mali, atqui quæ
bet diligentiam
team, interpre-
tit interpre-
motum, & tan-
nitur; etiam tamen
ratio regat por-
tionis; conseq-
& quantum fieri
illa passione re-
ad culpam; c

niale osculum habitum ob delectationem carnalem & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensu ulterioris & pollutionis.

Positio 6ta. Exsurgentibus motibus illicitis in appetitu sensitivo: ut motu vindictæ, odii, libidinis. Si ratione advertente voluntas se merè negativè habeat absque omni actu contrario positivo etiam simplicis displicantiae est peccatum mortale: ratio est, quia, qui non habet displicantiam de objecto, quod practicè repræsentatur intellectui velut rectæ rationi dissonum, habet æquivalenter complacentiam illius, & si voluntas displicantiam suspendat, hoc ipso interpretativè censemur consentire. Et certè, si voluntas nullum omnino eliciat actum contrarium motui circa objectum malum, quod allicit voluntatem ad consensum illicitum, voluntas moraliter semper est exposita proximo periculo consentiendi.

Positio 7ma. Verius videtur: illum mortaliter peccare, qui post plenam advertentiam motuum pravorum sine rationabili causa illos permittit, nullo adhibito conatu in contrarium saltem animum ad alia divertendo. ratio est: quia interpretativus consensus in delectationem veneream est peccatum mortale: quia interpretativus consensus in moralibus æquivalet formalis, atqui qui post plenam advertentiam non adhibet diligentiam ad reprimendam delectationem venereum, interpretativè consentit in illam: consentit etenim interpretativè, qui potest & tenetur reprimere motum, & tamen non reprimit; potest: ut supponitur; etiam tenetur: quia est obligatio naturalis, ut ratio regat potentias inferiores ac dirigat in bonum rationis; consequenter ut motus inordinatos corrigat, & quantum fieri potest impeditat; & si sit negligens in illa passione reprimenda, illa inordinatio imputabitur ei ad culpam; quemadmodum superiori imputatur ex-

cessus subditi , quem ille potest & tenetur impedire ; dixi : absque rationabili causa : quia cessante proximo vel probabili periculo consensū non est peccatum , si non adhibeantur efficacia media ad reprimendos tales motus , dum subest honesta & rationabilis causa illos permitendi : ut si ex conatu resistentiae graviores motus timantur ; ratio est : quamvis enim præceptum : *non concupiscas* : sit negativum , quo omnes venereæ delectationes extra matrionium semper & pro semper prohibentur ; attamen in quantum præcipitur positiva resistentia , est affirmativum , quod non pro semper , sed pro tunc obligat , quando vel est periculum consensū , vel absque incommodo & causa excusante servari potest.

Positio 8va. Est peccatum mortale non vitare quamcunque causam etiam honestam turpium motuum , si subsit probabile periculum consensū in delectationem venereum , nisi necessitas excuset ; ratio est : quia eodem præcepto , quo peccatum prohibetur , est etiam proximum periculum prohibitum . Unde , si cui per experientiam constet , quod audiendo Confessiones soleat consentire in pravas delectationes , tenetur ab auditione confessionum abstinere . *Dixi* : nisi gravis necessitas excuset : ut contingit in Parocho , qui ex officio obligatur audire confessiones ; hic , si præparato animo ad non consentiendum , & invocato divino auxilio ad hoc tribunal accedat , non peccat : quia non censetur in morale periculum peccati sese concidere , qui non temerè sed necessitate compellente ex bono fine ejusmodi occasione sese committit , & Deus facienti serio quod est in se , divinamque gratiam humiliter petenti gratiam suam non denegabit.

Positio 9na. Ponere actionem ex naturâ suâ turpem & mortaliter culpabilem in genere luxuriæ : ut imaginationem turpem , aspectum objecti turpis , ex quibus sequa-

DE PECC
sequatur mot
mortale moll
tantum tales a
cui sunt pecca
ti in sua causa
res Theologis à
milditer malam
inhonesti absq
qua valde ratic
me quod homo
ne omnia actio
necessariam con
sicutum sit , ne rr
do abit pericul
liger in materia v
ad delectationes
tum parvitas n
voluntarios in ca
periculo consen
tem , aut aliud
Positio 10ma
tio venerea pe
cta genus luxur
venialiter. Ratio
ad vitandas caus
etius alia direct
potius ex infirmi
proveniens ; atq
et iolum remota
ex natura inferni
veniente , attamen
illius effectus leci
tiale : est enim
proclivi fomentu
natura facile inci

sequatur motus turpis, vel pollutio, est peccatum mortale mollitiae indirecte voluntarium. Unde non tantum tales actiones turpes, sed etiam motus inde secuti sunt peccata mortalia: quia sunt effectus voluntarii in suâ causâ. *Dixi:* peccatum mortale: quia plures Theologî à peccato mortali excusant actionem venialiter malam, ex quâ prævidentur secuturi motus in honesti absque periculo consensûs; dant rationem: quia valde rationabile est & humanae fragilitati conforme, quod homo sub peccato mortali non teneatur evitare omnem actionem venialiter malam, v.g. vanam & non necessariam conversationem cum altero sexu, ex quâ periculum sit, ne motus delectationis venereæ oriatur, modo absit periculum consensûs. Unde juxta hos DD. res licet in materiâ venereâ non detur levitas materiæ quoad delectationem venereum directe intentam, datur tamen parvitas materiæ quoad motus indirecte solum voluntarios in causâ venialiter malâ secluso consensu vel periculo consensûs in ipsam delectationem, pollutinem, aut aliud opus turpe.

Positio. I. *Oma.* Non est peccatum mortale delectatio venerea præter intentionem secuta ex causâ, quæ extra genus luxuriae est culpabilis, sive mortaliter sive venialiter. Ratio est: quia lex ordinariæ non obligat ad vitandas causas quascunque remotas & indirectas actus alias directe prohibiti, præsertim si sit effectus potius ex infirmitate naturæ quam per se à tali causa proveniens; atque causa culpabilis extra genus luxuriae est solum remota causa turpium motuum, qui potius ex naturæ infirmitate, quam ex talibus causis proveniunt, atamen talem causam ponere erit intra genus illius effectus secuti præter intentionem peccatum veniale: est enim inordinatum naturæ ad hoc vitium proclivi fomentum addere, & cum hæc passio ex sua natura facile incitetur ad malum, studiosus puritatis

conabitur evitare causas etiam remotas & per accidentem causantes tales motus, si commodè evitari possint.

Positio 11ma. Nullum est peccatum ponere causam necessariam vel utilem, ex qua prævidetur præter intentionem & absque periculo consensūs motus in honestus secururus. ratio est: quia talis motus nec directè nec indirectè est voluntarius; non directè, ut supponitur; nec indirectè: quia tunc indirectè aliquis effectus est voluntarius, quando quis omittit impedire vel facere, quod impedire vel facere tenebatur; sed nemo tenetur abstinere ab actibus ex quibus prævidet securum motum dishonestum, dum habet rationabilem causam talem actum honestum exercendi.

Positio 12ma. Delectatio morosa de peccato carnali cum persona conjugata vel religiosa habet plures specie malitias, sive delectans illas circumstantias objecti speciem mutantes intenderit sive non. Ratio est: quia non sola voluntas operis, sed etiam delectatio de opere sequitur naturam operis; si igitur in opere inventantur distinctæ specie malitiae; tales etiam erunt in ipsa delectatione, & si opus, de quo est delectatio, à circumstantia non præscindit, etiam delectatio non præscindit, ideoque, si tales circumstantiae aliunde sunt cognitæ, licet personæ explicitè sub tali circumstantia non apprehendatur, nihilominus, quia delectans morose circumstantiam objecti non ignorat, & tamen vult delectari de nefario opere cum persona talis circumstantiam habente, eadem circumstantiae implicitè & interpretativè sunt voluntariæ, & in objecto de quo delectatur, interpretativè intentæ: concupiscit enim ad delectandum personam apprehensam, quam novit tali circumstantia affectam, propter quam specialiter objectum nec delectationis, nec operis esse debet.

Præter ea, luntario & omissione, hic recolenda omissionis.

Aplicata con-

Suppono: I politivus, sit agere, ut: carum omissionis quis tenetur, Dum urget p. eleemosynam, retinendi alien

DICO. Si commissionis in loquamus de si formaliter sic &

2.6. O.

Probatur 1. distinguuntur spe omisso est pr affirmatio & ne ferunt specie in demrationis a videtur non est.

Probatur 2. distinguuntur si postulant ordinaria